



## Promotionsformel Evangelisch-Theologische Fakultät

### Gelöbnisteil

**Doctorandi clarissimi nec non  
doctorandae clarissimae!**

**Dissertatione composita, nos adiistis , ut vos eo honore, quem appetiistis, in hoc  
solemni consessu ornemus.**

**Sed prius fides est danda, vos tales semper futuros quales vos esse iubebit  
dignitas, et nos speramus vos fore.**

**Spondebitis igitur:**

**Primum, vos huius universitatis, in qua summum in theologia evangelica gradum  
ascenderitis, piam perpetuo memoriam habituros eiusque res  
ac rationes, quoad poteritis, adiuturos;**

**Dein, honorem eum, quem in vos collatus sum, integrum in columemque  
servaturos vitamque theologo christiano dignam semper acturos;**

**Postremo, theologiae studia assiduo et impigro labore culturos ac proiecturos,  
quo magis veritas evangelica cognoscatur et lux eius,  
qua salus humani generis continetur, clarius effulgeat.**

**Haec vos ex animi vestri sententia spondebitis ac pollicebimini!**

### Ernennungsteil

**Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtinere cupitis,  
vobis impertiamus.**

**Ergo ego,**

**promotor rite constitutus, vos**

**ex decreto ordinis mei theologiae evangelicae doctores creo, creatas creatosque  
renuntio omniaque theologiae doctorum iura ac privilegia in vos confero in  
eiusque rei fidem haec diplomata universitatis sigillo insignita vobis in manus  
trado.**